

Werk

Titel: De Christo Jesu, Beneficiis Et Laudibus Eius, Aliquot Christianae reliquiae veter

Ort: Lipsiae

Jahr: 1652

Kollektion: DigiWunschbuch; VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN690003765

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN690003765>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=690003765>

LOG Id: LOG_0003

LOG Titel: Præfatio

LOG Typ: preface

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

INL. PROTOSYNEDRII ELECTORALIS
SAXONICI, QVOD DRESDÆ EST,
DNN. I P R Æ S I D I,

ET CÆTERIS CONSILIARIIS;

Genoso, Magnif. Reverēdis. Amplissimisq;
PATRONIS MEIS MAGNIS.

OBELUM & INCERTUM, MEROBAUDEM, RUSTICUM,
AMOENUM,

MACROS QVINO VIRIS CONSEURO QVINO VIRIS.

QVOD ASI QVINTA JUVET ME DESIGNATIO, CHARTIS
QVINO QVOD HIBETII, AST VULNERA QVINA BEENT!

Quoamibi, quod Vobis
EDITOR opto, Fuat!

PRÆFATIO.

Vliterarum olim & lingua-
rum eruditaram cognitionem & te-
nere se, & aliis tradituros esse profiteban-
tur, non initia saltem, quibus legere, &
scribere scirent, sed & verbis propriis &
aptè constructis conceptam animo sententiam exprime-
re atq; congruè & consentaneè a oratione utipossent, publicè
proponebant; Hi ipsi non inepto, nec ipsis indigno no-
mine Γεγραμμένοι, quasi soli Literati, ut illi vulgò do-
ctiores Γεγραμμένοι, seu Literatores vocabantur. U-
triusq; opera circa Poetas imprimis occupabatur. Nam
& Lectio (quod primi libri versibus cōpositi essent,) Poe-
tarum apud Græcos pueris inter principia proponebatur,
quorum carmina ut ritè canere & fidibus simul applicare
discerent, voce suâ illis Magister in ludo literario inter le-

gendum & instrumento Musico praeibat, atq; sic cognitio-
nem literarum planè cum Musices arte conjungebant. 11
Rursus, cum augescentibus optimarum artium studiis non
modo consuetudinem, sed etiam certam quandam legem
esse loquendi placeret, de usu veterum Doctorem collecta
à peritis & ingeniosis hominibus praecepta fuerunt, secun-
dem qua non modo veritas illa perscribendi perspiceretur
& pronuntiationis velut quidam cantus observaretur,
verum etiam verborum proprietates ac natura exquirere-
tur, & ad proferendos sensus animi verba inter se congru-
enter & aptè struerentur: qualibus quidem quatuor par-
tibus nulli non notissimis Grammatica disciplina absolvi
crederetur. Ne itaq; sine exemplis (quibus regule erant
demonstranda) manca esset haec ars & jejunior, optimo-
rum quorumvis auctorum enarrandorum cura ad Gram-
matici officium adjuncta fuit, quod ab illis quasi de fonte re-
ctè loquendi facultas ac copia manare videretur, ut quorū
testimoniis & praecepta confirmarentur, & sermonis certa
& exquisita ratio exemplis eorundem, ceu probatissimo-
rum illustraretur. Qua in re cum peracri judicio opus
esset, quae rectè, quae ve perperam dicta viderentur, Reli-
xiv quodq; scientiam Grammaticorum propriam esse volu-
erunt, emendandi antiquorum scripta, explicandi, inter-
pretandi, & quorum illa essent, vel non essent, dijudican-
di. Sic ergo Fabius Quintilianus (à quo superiora
pleraq; petiit Noster Dn. Camerarius, & nos ab illo)
omnes Grammaticae artis functiones distinctas & propria
munera, in rectè loquendi scientiam & Poetarum enar-
rationem divisit; cujus posterioris divisi partes essent al-
tera ista quatuor modo nominata, quibus illa ἸΣΤΟΡΙΚΗ
ab altera ΟΠΙΣΤΙΚΗ, sejungeretur. Quod ut haec le-
gendi,

gendi, scribendi, loquendiq; propriis & conjunctis inter se
verbis rationem demonstraret : ita illa ulterius ab ele-
mentis literarum, ad emendatam & omnibus partibus su-
is absolutam orationem, qua planè perspicueq; indicet a-
nimi voluntatem & sententiam, ceu ad opus & finem suum
ultimum, progredetur.

Quibus omnibus firmiter præsuppo-
sitis, jure meritoque cætera superstruximus
hactenus, ut dum Latinæ lingvæ & eruditionis veros
auctores Poetas, veteres mediæq; ætatis, sacros &
profanos enarraremus, non ad methodicam saltem
seu *ὁρμηκὴν* (quam in Scholis rectè prius perceptam
conjicimus) sed ad *ἰσορμηκὴν* seu adeò *κρημικὴν* & *ἐξη-
γητικὴν* *ἑρμηνευτικὴν* cum primis respiceremus. Cum
itaq; in præsentiarū quoq; bonos aliquot & antiquos
deq; prima Ecclesia JESU CHRISTI ejusq; laudibus
& beneficiis juventuti sedulo & cum jucunditate in-
culcandis meritissimos Poetas in lucem ab umbris &
blattis reproducere satagerem, ante omnia utrū scri-
pta illa ipsis adjudicanda vel abjudicandæ essent; quo-
modoq; vera eorundem lectio & emendatio cõstitu-
enda, dehinc illa explianda & interpretanda venirent,
judicio qualicunq; meo, quod omnibus illis parti-
bus juxta *Fabium* mistum est, ostendere, aut aliorū
quoq; censuræ meâ tenuem, sed ratione tamen & au-
toritatib; fundatam luperaddere volui *Ἰνὶ κρημ.*

Nam quod L. COELIUM LACTANTIUM
FIRMIANUM attinet, certum quidem est, quod tri-
butum aliàs ipsi *carmen de Paschate* seu Resurrectio-
ne Domini omninò *Venantij Honorij Clementiani For-*
tuna-

runati sit, sicuti nec altera Elegia illa de Phœnice Lactantij est, quam inepti quidam propterea cum illo altero hymno paschali conjungi debere, ac si ab eodem auctore profecta, frustra suspicati sunt, quasi illa scilicet allegoriam historiæ seu adeò fabulæ de Phœnice & applicationem, ut loquuntur, ad Christum exhiberet: Quos cum nostro seculo *V. V. CLL. Gaspar. Barthius & Augustus Buchnerus* (quorum hic hymnū istum Pictaviensium Episcopi *Fortunati* sigillatim Anno M. DC. XXVII. edidit, ille verò Phœnicem inter *Claudiani* poemata denuò recensuit) satis superque obtulerint, sufficiat nobis hoc unicum de multis superstes *Lactantij* poema egregium suo Auctori post *Fabricium, Giraldum, Beroaldum, Ascensum* & præcipuè *Dn. Barthium* vindicasse, quod in Notis paulò post ostendetur pluribus. Quod verò eidem *Lactantio Firmiano* alterius statim ejusq; **INCERTI**, hætenus habitū veteris **POETÆ**, de laudibus Domini carmen combinârimus, sicuti quoq; **RUSTICI ELPIDII**, quod pariter de JESU CHRISTI beneficiis loquitur, carmen subjunxerimus, nō temerè factum credendum est. Præterquam enim quod *incertum* hunc eodem seculo, sub Constantino Imperatore, circa annum CCCXXXII. vixisse à *Fabricio* in auctorū suorum Ecclesiasticorum veterum, secundum tempora distinctorum, syllabo demonstratum sit, parilitas quoq; materiæ, ut hi tres nexis manibus prodirent, flagitare videbatur. Quæ ipsa tamen in re non audiendum putamus *D. Barthium lib. 26. cap. 9.* cum arbitratus est, *carminis, hujus de laudibus Domini eundem esse auctorem, qui esset quoq; alterius de beneficiis Domini.* Ubi quidem *Lactantius* subsumi potuisset &

fortasse, ut cœvus illius, rectiùs, nisi totum illud cap-
put IX. Barthianum de altero illo *Elpidio* differuisset;
qui quasi binis adhuc seculis ab illis duobus priori-
bus distare creditur, ut qui Anastasio imperante post
annũ Christi D. vixisse eidem feratur Fabricio, Theo-
dorici Gothorum Regis Medicus pariter & Exquæ-
stor. Quocirca idem Nobilissimus *Barthius* a chro-
nismum illum dubio procul cõsideras, paulòq; pro-
pius ævum accedens libro XXXVI. c. 9. eruditissimè
hujus carminis auctorem allegans, quod vel *Paulino* di-
gnum esset, judicavit. Sicuti quoq; eidem *Paulino*
alterum carmen, quod *Lactantio* olim, nec sine rati-
one, ut grave & eruditum ascriptum à tot cascis Co-
dicibus esset, licet unus & alter contrà sentirent; si-
quis tamẽ contra niti vellet, *Paulino* pariter & illud
melius asseri, quàm cuivis alteri putavit. lib. XXXII.
Adv. cap. 2. Et nescio profectò, an *Fabricium* in eo
fuerit secutus, qui hoc de Laud. Dn. mètrum quibus-
dam *Paulini* præmisit, ut conferti, credo, possent ea
inter sese, & scribendi caractere & genio haud uf-
quequaq; dissimilia. Idemq; *Paulinorum* famili-
am & antiquitate stemmatis, & amore religionis tẽ-
poribus Constantini magni fuisse claram, *Comment.*
in poet. Christ. p. 100. asseruit è *Prudentio in Symmach. 1.*
2. 500. Et pag. præced. 99. *Paulinum virum Consulare, &*
cujus carmen elegans & pereruditum esset, quod de
Johanne Baptista scripsisset, à Paulino altero Nole E-
piscopo distinxit. Quorum ille Consul fuisset cum
Gratiano Ærà Christi CCCLXXIII. octo annis ante
Ausonium, qui illum quidem filium sive discipu-
lum suum vocitasset, sed fastorum titulo, trabeaq;

inſignibus priorem. Neq; hunc Conſulem con-
fundendum eſſe cum altero illo Nolano Epifcopo,
Theraſiæ marito, *cen Badius Aſcenſig* contendiffet, cum
genus ipſum dicendi utrumq; ab altero ſatis diſcer-
nat, multaq; viæ & manifeſtæ rationes adſint, cur
ei non credendum. Non Conſulem verò, ſed Epifc.
Nolanum quod *Dn, Barthius* intellexerit, cui hoc car-
men ſit adſcribendum, ſatis clarè indicavit lib. XIII.
cap. 14. ita ſentiens: *Chriſtianorum literis Poeticis clari-
orem neminem B. Paulino præponere poſſis. Profunda eru-
ditio ſecularium literarum phraſin ipſi fecit, quam divinis
myſteris ſine fūco tractandis egregiè miſcet; quod ſi
ipſos Dei præcones Apoſtolos Latinis numeris LAUDES
DOMINI pangere voluiſſe diceres, talibus utiq; uſuros fu-
iſſe conſidereris.* Atqui Pontius hic Paulinus, patria
Aquitanus, Theodoſio Juniore imperante exceſſit,
ex humanis, Baſſo & Antiocho Coſſ. anno Domini
CCCCXXXI. ut ex *Uranio Baronio martyrol. d. 22. Junij*
tradidit. Conſtantino verò regnante Anicius Fau-
ſtus Paulinus anno C. 325. cum Publio Cejonio Ju-
liano Conſul fuiſſe perhibetur, Imperator verò hic
anno C. 337. mortuus eſt. De quo ut adhuc viven-
te & triumphante loquitur hoc carmen in calce v.
antepenult imo:

Victorem letumq; pares mihi Conſtantinum!

Et ut maximè Conſtantinus Minor! Conſtantini
Magni F. exponeretur, utpote cui Gallia ſorte à Pa-
tre data erat, (in qua Regione Auctor carminis vi-
detur vixiſſe) ne ſic tamen Chronologia conveni-
ret, quando & hic Conſtantinus è Gallia contra Cō-
ſtantem fratrem in Pannonias iter armatus ingreſ-
ſus,

sus, ab hujus exercitu victus & in fuga occisus fuerit, teste *Socrate & Ced.* anno CCCXL. Cum itaq; *Scriptor Laudam Dominicarum* seculo ferè integro aut ad minimum semi seculo antecesserit, neq; *Consularis Paulinus*, neq; *Pontius alter Nola Episcopus* auctor illarum esse potuit, sed manebit omninò incertus, donec alius nobis firmiora subjecerit argumenta. Sufficiat interim, antiquum hūc esse & benè Latinum deq; seculo Constantineo Scriptorem. De MEROBAUDE non nihil in Notis fundetur. Cæterum HELPIDIUM quod spectat, *quamvis Elpidium Græca Spei indoles scribendum jubeat*, monente quoq;, qui semper ita exarabat, *Dn. Barthio* Advers. lib. XXVI. cap. 9. quiq; eundem l. XLVII. c. XI. ceu poetam acutum, atque eruditum laudabat: attamen *Jac. Sirmondus* Notis ad *Ennodij Epistolas & libros VII. & VIII.* conveniente utrobiq; numero *Helpidium Diaconum* jam olim ita scribi solitum observaverat pro *Elpidio*, quod est ἐλπίδις, ut *Helpis* quoq; & *Eubelpistus* aliaq; id genus similia. Eum verò *Medicum Theodorici Regis* fuisse paulò antè dictum est, idq; ipse lib. 4. *Variarum apud Cassiod.* peculiari ad ipsum, quamvis *Helpidio* item *Diacono* inscribat, Epistolâ significavit: In quâ cum *impensi ab eo servitij sedulitatem* commēdat, hoc ipsum *Medicinæ obsequium* volunt intelligi. Sicuti quoq; *Ennodius* lib. IX. Ep. 21. ipsi ut amico & Medico indicit se *gravi corporis inequalitate laborare, quam nisi ipso dictante pagina exhibita curaverit, distensam per tormenta famulam longis hominibus sit coequaturus.* Idemq; repetit lib. XI. Ep. 19. ubi quoq; gratatur quod DEUS propitius ipsi sic gratiam invidi

Principis contulisset, ut humilitas Ecclesiastica non peri-
ret. Certè vel hoc exemplo patere volunt, Clericos à medicina usu primis illis seculis non abstinu-
isse. Quod ipsum etiam testetur Dionysij alterius
Diaconi & Medici, qui Romæ, Urbe à Gothis capta
floruit, Epitaphium inter Christiana monumenta:

Hic Levita jacet DIONYSIUS, artis honeste

Functus & officio, quod Medicina dedit.

Hujus docta manus, fame dulcedine capta

Despexit pretij sordida lucra sequi.

Sapè salutis opus pietatis munere juvit,

Dum refovet tenues dextera larga viros,

Obtulit egrotis venientibus omnia gratis,

Implevit factis quod docuit monitis.

Laudibus æthereis famulatus mente fideli,

Destitit illicitis actibus esse reus.

Amisissis opibus robur non perdidit ullum,

Quo patiens præda tempore dives erat.

Ars veneranda fidem, fidei decus extulit artem,

Hec studij titulos, altera mentis habet.

Civibus ac sociis qualis fuit, inde probatur,

Quem potuit victor hostis amare suus.

Postquam Romanâ captus discessit ab Urbe,

Mox sibi jam Dominos subdidit Arte Getas.

Hos servis manibus vitam committere fecit,

Quorum mortiferos pertulit antè metus.

Atq; hinc esse puto, quod idem Rex Theodoricus ei,
non ut Medico saltem, sed & ut Diacono, animi sui
morbum & admissum in Symmachum ac Boethi-
um facinus cum multis lacrymis confiteri voluerit,

com-

commemorante *Procopio lib. i. belli Gothici*: Μετὰ δὲ
ἀπαντα εἰς Ἑλπίδιον τὸν ἰατρὸν τὰ ξυμπεσόντα ἐξενε-
γκῶν, τὴν εἰς Σύμμαχον τὴ καὶ Βοηθίον ἀμαρτάναι ἐ-
κλάσει. Quod igitur *Georgius Fabricius Comment. in
Poetas Christianos pag. 117.* & alii eundem *Helpidium
Diatonum* cum *Rustico Helpidio V. C. & INL.* Ex *questo-
re*, cuius carmina legantur in *Collectione sacrorum
Poetarum*, putarint, non refragatus est *Sirmondus*,
quando stirpe nobili temporibus *Symmachi & Bo-
ethij*, aliorumq; egregiorum *Poetarum Christiano-
rum* vixisset, pariterq; consolationem fortassè tan-
tùm Philosophicam, *Boethij* imitatione, conscrip-
set, quam ideo pro nugis & Musarum mendosarum
figmentis ipsemet, ut *Diaconus* scilicet, postea habuit,
unde ceu ab autore ipso condemnata postea periit
& intercidit, cuius his verbis ipse meminit :

Hinc etiam nostro nugata est schema dolori

Garrula, mendosis fingens satyromata Musis,

Falleret ut trepidos cantatrix pagina questus.

Præter hoc ipsum verò de *Christi Jesu* beneficiis car-
men elegantissimum, quod adhuc extat, precibusq;
& rogatu *Johannis Oporini Viri officiosissimi* ad *Georgi-
um Fabricium*, ut publicaretur, *Vir eruditissimus Jo-
hannes Hartungius* miserat, & sic inter veterum *Eccle-
siasticorum* opera *Christiana* operamq; reliquias
atq; fragmèta ab eodem relatum erat, *Tristicha* quo-
que *Historiarum Testamenti veteris & novi*, ejusdem
Helpidij in manibus sunt, tametsi non omnium, *Cui
libello* alterum, pariter gesta *Veteris & Novi Testamen-
ti Tetrastichis* complexum, *AMOENI* nomine compegi-
mus, nō nescii tamen, quod & *Barthij & Gifelinus* sty-
lum,

lum, verba, sententias, phrasas, allegoricas deducti-
ones, omnia deniq; ibi PRUDENTIUM sapere, re-
dolere, loqui sensisset; & quod hic quoq; Lipsiæ anno
MDXV. hoc Enchiridion sub nomine Prudentij pu-
blicasset *M. Mattheus Loberius Themarensis*. Sicuti nec
G. Fabricium latuit, id Enchiridion hæcenus addi-
tum fuisse operibus *Prudentij*; ubi alij, ut *Sichardus*
arbitrati fuissent esse *Sedulii*; verum quando idem
testatus fuisset *Sichardus*, *Amœni* nomen in manu-
scripto *Wernberi Wolffini Argentoratensis* appositum
fuisse; id putabat *Fabricius* in hæitatione sequen-
dum esse, quod libro antiquo teste probaretur.
Quando & *Aldus Manutius* à Prudentio Clemente
hunc abjudicasset libellum, quoniam non sic excul-
tus esset & elaboratus, ut cæteri ab illo Poeta com-
positi. Et utriusq; illorum iudicium secutus quoq;
fuit *Possevinus apparatus sacro*, citans eundem *Johan-*
hannem Sichardum in fine Scholiorum ad Prudenti-
um pag. 453. Nec aliter *Coccius* quinto seculo po-
nens hunc auctorem, ut & *Bibliotheca Patrum* tomio 5.
part. 2. pag. ult. quædam illiq; *Amœni*, ex *Possevino* repo-
suit, sed aliqua simul supposuit: Nam quæ præter Te-
trasticha vel Diptycha illa ibi leguntur, *Venantij For-*
tunati sunt rudera. Quin etiam qui postremo loco
Prudentium edidit *Johannes Weitzius* Diptycho huic
Amœni præmissos hosce in veteri exemplari titulos
reperit, quinq; versiculis inclusos:

INCIPIUNT TITULI LIBRI MANUALIS AMOENI,
EXCEPTIS QUOS PERSONIS TETRASTICHA CLAUDUNT.
PRIMUS ADÆ ELATO DE CRIMINE NARRAT ET EVÆ:
TUM SINGILLATIM NUMERATA VOCABULA MULTA:
PROVIDA PERSONÆ PANDIT DESCRIPTIO RHYTHMI.

Qui

Qui tamen versus si cui ex *Gennadii Presbyteri Massiliensis* libro de Viris illustribus desumpti & confecti videantur, cum pag. 6. ita scripsit: *PRUDENTIUS* vir seculari literatura eruditus composuit διήρητον de toto veteri & novo Testamento, personis exceptis vel excerptis; cum eo quidem tanquam pro aris & focis non depugnabimus, citius tamē cū MELCH. GOLDASTO (qui *Sichardo, Manutio & Fabritio* adhæsit) alium *PRUDENTIUM AMOENUM* Hispanum & ipsum conterraneo illi suo ferè supparem aut non valdè inferiorem fingi patiemur. Qua homonymia quoq; deceptus *Gennadius* non potuerit scripta coævorum discernere. Quisquis vero sit, & probatus utiq; est, & *Rustico Helpidio* dignus datus in eodem opere socius. Quamobrem quoq; L. M. Q. tertium veluti *συμπράκτορα* B. AMBROSIUM binis illis copulavisse, ut Charitum trigam perfecissent, atq; sic cum cognatis illis Tristichis & Tetrastichis Disticha illa, de rebus & historiis sacris in Basilicâ Ambrosianâ Mediolani scripta, simul in unico libello haberi potuissent; verum & chartæ jam inopia & angustia, & quod Hymnos aliaq; Mediolanensis illius Episcopi sacra carmina sigillatim exhibere cogitamus, hîc filum abrumpere coegit alibi resumpturos. Nos hîc interim, cum Maria optimæ partis electrice, CHRISTO pie assidui, sinamus alios cum Martha cursitare & culinæ suæ plusquàm satagere: agnoscet saltem grata, si qua futura est, posteritas, alios famam habuisse, sed nihil præstitisse, alios verò pro viribus

“ meruisse, qui & Grammatici & Poetæ
“ sed & Medici atq; omnium Dia-
“ cono jure audiissent.